



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

De acedia Gradus XIII.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

contra mendacium et in Psalm. 5. Item D. Thomis.  
22 q. 110. a. 5.

**¶** Qui in casu & tempore necessitatis inueniendum se putant aliquem modum mentiendi. siue per Amphibologias, siue per modum aut factum callidum, & quod in utramque partem interpretari potest, Abramum Genes. 22 Iacobum Genes. 27, Obstetrics Agyptias & alios in sui defensionem allegant. Sed male: Consule Canum libr. 2. cap. 4. Locorum Theologorum.

### De acedia Gradus XIII.

**V**NUS & hic nonnunquam ex loquacitate ramis est, vt iam in prioribus diximus, pro triaq; progenies, acedia est. Quo circa cōgruum illi ordinem in nequissima catena distin- buimus. Accedia est animi remissio, mentis relaxatio, neglectio vitæ monasticæ, professionis odia è cellula item prodire hortatur, sonitum aliquem aut fragorem pedumque strepitum excitans. quod scipsum luget, acedia nescit: hæc seculares beati dicunt: Deum ut inclementem & immisericordem cœlumniatur: est in psalmodia inualida. In oratione imbecillis. In ministerio ferrea, in opere manu impigra, in obedientia improba. Vir benevolentius alienus est ab acedia, & per ea quæ sensibili sunt ad intellectualia proficit. Cœnobium acedia resistit: viro autem solitario hæc indiuia in aeternum comes est, neque illum ante mortem deseret, quotidie quem vixerit illum oppugabit. Hæc anachoretæ cellulam intuita, subrisit: atque appropinquans iuxta sibi tabernaculum fit. Mane primo languentes medicus visitat, acedia vero monachos circa meridiem. Hospitum suscepitionem acedia suggestit, atque per laborem mis-

miserit.

auū eleemosynas fieri precatur. Visitare infirmos  
horrorat alacriter, illius admonens qui in euange-  
lio dixit: Infirmitus erā & visitasti me. Ad mōre ore  
aliquo affectos ac pusillanimes, vt proficiatetur in  
ducit, cōsolari pusillanimes ipsa pusillanimes sug-  
gerēs. Ad orationē stantes necessariæ cuiuspiā rei  
admonet, omnemq; mouet artem vt inde nos ali  
qua, veluti rationabili fine ipsa nos irrationalis  
attrahat. Tribus horis horro rem, dolorem capitum,  
febremque ac vertiginem acediae spiritus fecit. At  
ybi hora nona superuenit cōuauit modicè, men-  
sa vero posita à stratu exilit: & cum orationis tem-  
pus remeauit, rursum corpus grauari cœpit, in ora-  
tione assistentes iterum somno demersit, impor-  
tunisque ossitationibus versum ex ore diripuit.  
Vitia quidem perturbationesque reliquæ, vna ali-  
qua virtute singulæ evacuātur: acedia vero mona-  
cho mors est, quam in se iugite continet. Virilis  
ac robusta anima mortuam exuscitauit mentem:  
acedia vero ac desidia totas virtutum opes simul  
dissipauit. Cum sit hoc vnum ex octo vitijs <sup>2</sup> prin-  
cipalibus omnino grauissimum, quod in illis fieri  
consequens est, in isto quoque faciamus: & illud  
tamen præterea addamus, nisi agatur psalmodia,  
non appetat acedia, consummataq; synaxi <sup>3</sup> aperti  
sunt oculi. Acedia tempore maxime violēti <sup>4</sup> elig-  
ent. Nihil enim æque ut acedia monacho tot co-  
ronas parat. Si cōsideres diligentius, inuenies eam  
stantes pedibus oppugnare lassitudine, sedentibus  
vt super parietem se reclinent persuadere. Vin-  
ciatur & hic tyrannus à peccatorum memoria, ce-  
datur ab opere manuum, trahatur à futurorum  
bonorum intenta cogitatione, astansque ut con-  
tuerit interrogetur. Dic nobis ô tu remisse & dis-  
solute, quis temale genuit, aut qui sunt nepotes

tui, quive te oppugnantes, vel qui sit interfector tuus? Ille vero percunctantibus ita respondeat. Qui vero mihi per solitudinis quietem cedunt, his vna dego. Ego in his qui vere obedientes sunt, non habeo ubi caput reclinem. Quae mihi nomina dederunt, pluri imae sunt. Interdum enim insensibilitas animae, quandoque vero irreminiscens quaedam atque obliuio coelestium, non nunquam etiam immensa laborum magnitudo Stirpes vero meae locorum mutationes sunt, quae mecum sunt, inobedientia spiritualis patens, futuri iudiciorum obliuio. Non nunquam vero etiam professione derelictio. Porro aduersariæ meæ, à quibus nunc vincitus teneor, psalmodia operi manuum consita mortisque memoria. Quae vero me penitentiam, oratio est adiuncta futurorum bonorum maximè. Quis vero orationem genuerit ipsa interrogate.

## Annotationes in gradum. 13.

I. Vitium quod Græci Aνθίσταν vocant nos tedium, anxietaatem cordis possumus appellare. In eremis in morantibus & solitarijs infestior hostis est, quamvis nobis: non tantum Climaci nostri, sed & Cassiani br. 10 de instit monast cap 1. testimonio. Hi enim non psalmodijs tantum, sed & improbo manuum labore (à quo nunquam cessabani) hunc demonem fugabantur. Illi, cum in remotioribus locis degerent, non magnificere sese externis laboribus defatigabant: confecta empera exportare aut vendere non dabatur, cum pauperrimis desudati, expetitum fuisse. Infestabat autem nachoretas acedia maxime circa meridiem. vii cap. annus exponit hora sexta: ideoque vitium hoc à vero nulli

nullis appellatum dicit Dæmonium meridianum. Hinc circa meridiem monachos dormire solitos, tum ex vita Gregorij pape, tum etiam ex nostri Climaci huic libello praesixa vita comprobatur.

- 2 Nos septem tantum viiæ capitalia numeramus. Venerates octauam, que cenodoxia vel inanis gloria appellatur, adiiciebant.
- 3 Synaxes erant celebres conuentus & cœtu in quibus monachi ad unum certum locum vel oraturi, vel psalmiodiam suam decantaturi, vel denique exhortationem sacram audiuti conueniebant, & πὸ τὸ ινάγειν hoc est à congregando dictæ.
- 4 Alludit ad illud Christi Regnum celorum vim patitur & violenti rapiunt illud.
- 5 Hanc alibi indolentiam vocavit; describit autem infra gradum 7.  
De vitiosis acedia effectibus, differit Cassianus libro 10. instit. monast. cap. 2. 4. 6. De remedij contra can. dem cap. 7. & vlt. eiusdem libri.

### De gula Gradus. XIII.

**D**e gula loqui instituentes si nunquam alias, nunc maxime contra nosipos philosophari proposuimus. Mirum enim, si quis unquam hac liber euasit, nisi forte qui sepulchrum habitauerit. Gastrimargia, est simulatio ventris: cum enim satiatus fuerit, indigere se clamat: & cum distentus atque disruptus, vociferatur esurient. Gastrimargia, est saporum variorumque liquorinum opifex, suavitatis fons. Obstruxisti venam & aliunde prorumpit, hac quoque ageribus obruta sibi aliam viam fecit. Extinxisti flammarum, & aliunde reuixit. Itaque